



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313761>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.

J.

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

PHILIPPUS JACOBUS CALLENFELS,
Flessinganus.

A. D. XVI m. Octobris, a. MDCCCLIV, Hora II.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD G. F. KOCII.
MDCCCLIV.

THESES.

I.

Curatio prodigi ad similitudinem curationis furiosi interpretatione introducta haberri non debet , sed nominatim lege XII Tabularum continebatur.

II.

Adsecuratio origine Romana non est.

III.

Qui precarium habet , possidet.

IV.

Non probanda est in l. 13 § 1. D. de fidejussoribus
conjectura ARNALDII , legentis , et sic quum DECEM petere
institueris.

V.

Melius dixisset legislator in Tit. III. L. 1. C. C.
*Van de akten van den Burgerlijken staat quam Burger-
lijken stand.*

VI.

Domicilium minoris est apud tutorem , si mater vidua
non fungitur tutela.

VII.

In patria nostra , peregrinus secundum statuta per-
sonalia patriae suaे judicandus.

VIII.

Servus e coloniis in patriam nostram veniens liber
est , in colonias reversus in servitutem recidit.

IX.

Minus recte mihi sese habere videntur verba Art.
1764 C. C.

X.

Minor peritia operis ad quod famulus est conductus
non est causa legitima eum dimittendi.

XI.

Art. 4. 4^o. C. M. navium non vero aliarum rerum
redemptiones spectat.

XII.

Ad beneficium rescripti moratorii acquirendum non
requiritur, ut solutiones nondum recusatae sint.

XIII.

Litterarum cambialium protestatio fieri potest apud
urbis praefectum, quoties, mutato domicilio, in aliud
locum migravit is, contra quem protestatio facienda
est.

XIV.

Art. 478 C. M. non spectat vectores; et vecturae pretium ab iis debetur tantum pro rata parte itineris jam perfecti, ita ut repetere possint, si quid ultra eam partem jam solverint.

XV.

Poena pecuniaria quam Art. 559 C. P. minatur, rationi adversatur.

XVI.

Obstetrix propter neglectam nuntiationem infantis recens nati ex Art. 546 C. P. puniri nequit, si pater intra tempus lege definitum officio illo fungi potuerit.

XVII.

Crimen infanticidii ex art. 500 C. P. non solum a matre admitti potest.

XVIII.

Qui alterum in duello occidit vel vulnerat, nec inculpatae tutelae nec contumeliae sibi factae excusatione defendere se potest;

XIX.

Injuriae mortuis illatae minime ex C. P. puniuntur, nisi una cum defunctis et vivi laesi sint.

XX.

Improbanda est censura scriptorum, quae in coloniis nostris Indicis publici juris fiant, qualis novissima lege d. 2. m. Sept. hujus anni inducta est. (Art. 110).

XXI.

In quaestione de pauperum cura, valde laudandum illud systema, cuius principia indicavit Cons. de Bruyn Kops in opusculo Beginselen van Staats-huishoudkunde: «het beginsel dat alleen in werkhuizen onderstand verleend worde: dat die onderstand niet meer geve dan het noodzakelijke gezonde levensonderhoud zonder eenige verzachting en dat die karige bedeeling tegen zeer zwaren arbeid verschafft worde.»

XXII.

Divisio laboris prodest industriae.

XXIII.

Omnino facimus cum verbis Huskissonii a Clar. Droz in opere de oeconomia Politica laudatis (pag. 155 Vers. Nederland.) «het monopoliestelsel zal altijd te weeg brengen' eene algeheele onverschilligheid om het fabrijkaat tot meerdere volkommenheid te brengen.»